

# SPICILEGIUM HISTORICUM

## Congregationis SSmi Redemptoris

Annus X

1962

Fasc. 2

---

IN PIAM MEMORIAM

PATRIS JOSEPHI LÖW

SOCII SENIORIS NOSTRAE REDACTIONIS

Die 22 sept. praeter exspectationem morte nobis ereptus est P. Iosephus Löw, qui ab initio editionis horum foliorum per 10 annos partem principalem redactionis egit ac maxime contribuit in illis condendis et continuandis. Nimium non est dicere, carum confratrem revera exstitisse *Spicilegii Historici CSSR* confundatorem et moderatorem cura cotidiana et sollicitudine assidua, qua semper prosecutus est hanc editionem, non obstantibus aliis multis et gravibus suis occupationibus.

Recordari ergo nos decet in signum gratitudinis personam et actuositatem Patris Löw, maxime relate ad nostras ephemerides, sed hoc fasciculo malumus lectoribus lecta verba proferre, quae Rev.mus Pater Ferdinandus Antonelli OFM, per multos annos Relator generalis sectionis historicae S. Congregationis Rituum — cui P. Löw annis 1936-1959 tamquam Vice-Relator operam praestitit — et nunc Promotor generalis Fidei, memoriae carissimi amici sui tantorum annorum dicavit in diario *L'Ossevatore Romano*, 22-23 ott. 1962, p. 4.

SOCII REDACTIONIS